



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Male negatum esse in peccatore imaginem dei

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

tioꝝ intellexerit de peccato originali. Resistit Bucer, quia August. sic intellexit epistola 27. ad Hiero. Vidi illā epistolam, non verbum habet super ea re, nec etiā aliæ eius epistole ad Hier. Recte alleget, & respōdebo ei, neq; est mihi credibile, Augu. virum tam acutum dixisse ea, quæ imponit ei apostata. Cum, n. nondum nati essent nec actuale, nec originale peccatum habuerunt. Tractat hūc locum August. li. 1. q. 2. ad Simplicium, sed nihil confert Bucero.

Argui auctore libri, qꝫ truncate citauerit Paulum: Regna sicut mors ab Adā, etiā in eos, qui non peccauerunt, quia sic, ^{Roma. v.} omittendo similitudinē p̄uaricationis Adæ, Paulus sibi ipsi contradiceret. Sed ait Bucer esse hunc morē scriptor, fateor si propter omissum auctoꝝ sibi non contradiceret, vt hic. Sed ex mera charitate pr̄esidens concilij apostata addit, aſtrum dentem in Erasmus figit. Cum, n. auctoꝝ Gyrillo, Chrysostomo, Irenæo, Augustino, Hieronymo & Theo. Hiero. phylacto textus fit negative legendus, recessi ab Erasmo ^{August.} affirmatiue legente. Hic est ater dens Eckij, de quo conque ritur Ismael. Cur non accusat suos nigerrimos dentes, qñ recedit à doctoribus ecclesiæ, à Concilijs, & à tota ecclesia? An existimauit Bucius, relinquendos heroas & duces Euā gelicæ doctrinæ iā nominatos, aut non potius relinquēdū Erasmū? Sed qā nihil habuit, quod pro libro, aut cōtra me diceret, sola carpēdi libidine ista euomuit temere apostata.

Autor libri negat in peccatore imaginem dei, & abusus, est noīe vestigij pro imagine, cum illa sint in Theologia diuersa, eoq; improbaui. Bucer vno collyrio vtriq; morbo me detur, assertq; aliquos patres loqui de imagine, vt dicit ratiōne rectā, iusticia ornatā. Ita labūtur in exercitati in rebus Theologicis, quas deserūt Ludderani errorib. occupati, cōtra ecclesiā & ecclesię sacramēta. Alioq; nouisset aliquā esse imaginē formatā, de qua Psalmus: Imaginē ipsoꝝ ad nihil rediges, Hęc in p̄tōre remanet, De vestigio nescit quicquā Psal. 727 responde-

A V T O R I S L A P S V S

respondere, quia est puerilis lapsus.

³⁰ Improbavi autorem libri, qui dicat per baptismum nos reformari ad iusticiam inchoatam, quia hoc est Melanchthonicum: Quia puer habeat perfectam iusticiā in suo gērefis Buce

Note hz.
resis Buce

nere &c. Irascitur Bucius, quod attigi idolum suū Melanchthonem, & hoc reiçit de iusticia, quia puer nō habeat pro-

priam inhārentem iusticiā. Hic est nouus error hæreticorum negantium gratiam inhārentem in anima pueri vel hoīis iustificati. Cum enim in re idem sit gratia & charitas infusa,

Roma. 3
Error ma
gistrorum

quæ facit animam iustum & grātam deo, quæ quia est virtus Theologica à deo infusa, donum spiritus sancti, rea-

liter inhāret animæ, quia charitas est diffusa in cordibus nostris, ait Paulus, per spiritum sanctum &c. Nā magister

sententiarum, quia negauit charitatem creatam animæ hæ-

rentem, reiçitur; hunc tamen errorē, sicut alias hæreses no-

stri pseudopostoli resuscitant. Et tamen multo absurdius

hoc faciunt, quām magister, qui posuit spiritum sanctum esse charitatem, qua formaliter diligemus deum & pro-

ximum (non me extendo quid Scotus, Arimineñ et alij acu-

tū hic dicant.) Nouelli autem hæretici nouum inducunt er-

rorē, iustitiam vel charitatem nostram non esse spiritum

sanc̄tum, sed Christum ipsum, qui fit iustitia formaliter, er-

ror absurdissimus, q̄ Petrus dicitur iustus à iustitia, q̄ sit

in alio. At quia respūnt Dialecticam, incident in barattū

tantæ ignorantiæ. Nam iustum esse, chaḡe esse, sunt deno-

minatiua, & secundum eorum abstracta habent appellatio-

nem. Ergo à iustitia formaliter quis denominatur iustus.

Hanc hæresim pluribus fucis tegere nititur infra Bucer, at

Pighius eum strangulabit. Occasionem autē erroris accep-

tūt ex scripturis sacris non recte intellectis, vt omnes hæ-

retici fecerunt, Hieronymo & Augustino testibus. Cū, n.

Paulus Corinthijs inquit: Qui factus est nobis sapientia, &

iusticia, & sanctificatio nostra, ita despicerunt, vt dicerent

Christum

